UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L. iiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

vias ſuas ⁊ ambulabimus i
ſemitis eius Quia de ſyon ex
ibit lex ⁊ verbū dn̄i de hieruſa
lem. Hec dicit dominus. ℞.
Ingreſſus angelus ad mariā
ait: Aue maria gratia plena
dn̄s tecum. ℣. Bn̄dicta tu i
mulieribꝫ ⁊ benedictus fructꝰ
ventris tui Aue maria. Lc. ij
Adiecit dominꝰ loqui ad a-
chas dicens. Pete tibi ſignū
a domino deo tuo in ꝓfundū
inferni: ſiue in excelſum ſupra.
Et dixit Achas: Non petaꝫ
⁊ non temptabo dominū. Et
dixit Audite ergo domus da
uid: Nunquid parum vobis
eſt moleſtos eſſe hominibꝫ .vqꝫ
moleſti eſtis et deo meo. Prop
ter hoc dabit dominus ipſe vo
bis ſignum. Ecce virgo conci
piet et pariet filium ⁊ vocabi-
tur nomen eius emanuel. Bu
tyrum et mel comedet vt ſciat
reprobare maluꝫ et eligere bo
num. Hec dicit dominꝰ Cō
uertimini ad me et ſalui eritiſ
℞. Benedicta tu in mulieri-
bus Et benedictus fructꝰ vē
tris tui. ℣. Aue maria gratia
plena dominꝰ tecū Et. L. iij
Egredietur virga de radice
ieſſe. et flos de radice eius aſ-
cendet. ⁊ requieſcet ſuper eum
ſpiritus domini: ſpūs ſapien-
tie et intelligentie ſpiritus cō-
ſilij ⁊ fortitudinis ſpiritꝰ ſcie
et pietatis. ⁊ replebit eū ſpūs
timoris dn̄i. Non ſm̄ viſionē
oculoꝝ iudicabit. necꝫ ſm̄ au
ditum aurium arguet. Sꝫ iu
dicabit in iuſticia pauperes: et
arguet in equitate pro man-
ſuetis terre. Hec dicit domi-
nus conuertimini ad me ⁊ ſal
ui eritiſ Deo gratias. ℞. Ma
ria vt audiuit turbata ē in ſer
mone angeli. Et cogitabat q̄
lis eſſet iſta ſalutatio. ℣. Bn̄
dicta tu in mulieribꝫ cum di-
xiſſet angelus maria turbata
eſt in ſermone angeli. Et. Gl̄a
Et. In ſecūdo noctur. a. Re
ſpōdēs angelus dixit ad ma-
riam. ne timeas maria. inueni
ſti enī gratiam apd̄ dn̄m. ps.
Eructauit. an̄. Ecce concipi
es et paries filiū ⁊ vocab no-
men eius ieſus ; hic erit mag-
nus et filius altiſſimi vocabi
tur. ps. Deus noſter refugiū.
An̄. Dabit illi deus ſedē da
uid patris eius ⁊ regnabit in
domo iacob in eternū. ⁊ regni
eius non erit finis. ps. Fūda
menta. ℣. Egredietur domi-
nus. Sermo beati maximi. e.
Adeſt nob̄ dilciſſimi L. iiij.
ſacratiſſima dies dn̄ice incar-
natōis in q̄ humana natura i
ipſa primordijs ſui radice vici
ata concepit initium ſue repa
rationis Quam tanto feſtiui
us celebriuſcꝫ honorare debe-
mus quāto noſtre ſalutis ex-
ordiū in ea nos ſuſcepiſſe gau

demus. Tu autem domie mi
ſerere nobis. Deo gratias. ℟
Dixit angelus ad mariaꝫ: ne
timeas maria inueniſti grãꝫ
apud dominũ. ℣. Ecce cõci-
pies et paries filiũ ⁊ vocabis
nomen eius ieſuꝫ. Inue. L. v.
Hodie nãqꝫ cepit impleri qđ
in ipo mũdi primordio de fu
turo mulieris ſemine ad cõtri
tionem viperei capitis ipi ſer-
penti denunciatum eſt. Ho-
die cepit oſtendi quod diuis
oraculis et propheticis preſa
giis ante legem ⁊ ſub lege pre
ſignatum eſt. Quando ꝑ to-
tum mundũ rorem gr̃e diſtil-
lantes melliflui facti ſunt celi
⁊ ſuperueniente ſpiritu ſancto
in vterum virginis deſcendit
filius dei. Tu autem domie.
℟. Ecce concipies et paries
filium. Et vocabitur nomen
eius ieſus. ℣. Hic erit mag-
nus et filius altiſſimi vocabi
tur. ⁊ dabit illi dñs deus ſedẽ
dauid patris eius. Et L. vi.
Deſcendit itaqꝫ de celis miſ
ſus ab arce patris introiuit ꝑ
aurem virginis in regionẽ no-
ſtram indutus ſtolam purpu
ream, ⁊ exiuit ꝑ clauſam eze-
chielis portam lux ⁊ decꝰ vni
uerſe fabrice mundi. Unige-
nitus ſcꝫ filius et verbuꝫ dei.
Tu autem domine miſerere.
℟. Dabit illi dominus deꝰ
ſedem dauid patris eius. Et
regnabit in domo iacob i et-
num. Et regni eius nõ erit fi
nis. Et regnabit. Gloria pa-
tri et filio. Et regnabit. In. iij
nocturno anti. Dixit autem
maria ad angelũ quõ fiet iſtđ
quoniam virum non cogno-
ſco. et reſpondens angelus ſpi
ritusſanctus ſuperueniet in te
et virtus altiſſimi obumbra-
bit tibi. ps. Cantate pmuꝫ.
An. Ideoqꝫ et quod naſcet
ex te ſanctum vocabitur fili-
us dei. ps. Dominus regna-
uit exultet. añ. Dixit autem
maria ad angelum ecce ancil-
la domini fiat mihi ſcđm ver
bum tuum. ps. Cantate. ij.
℣. Ex ſyon ſpecies decoris eꝰ
Euangelium Miſſus eſt an
gelus gabriel. Require ſup in
aduentu domini in feria q̃rta
quattuor temporũ. ℟. Quo
modo fiet iſtud reſpõdẽs ait
maria quia virum non cogno
ſco. angelus ad hec. ſpiritusſã
tus ſuperueniet in te et virtus
altiſſimi obumbrabit tibi. ℣.
Ideoqꝫ et quod naſcetur ex te
ſanctum vocabitur filius dei
Spiritusſanctus ſup. ℟. Di
xit autem maria ad angelum
Ecce ancilla domini fiat mi-
hi ſcđm verbum tuũ. ℣. Spi
ritusſanctus ſuperueniet in te.
cum reſpondiſſet angelus ait
maria Ecce ãcilla domini fi-
at mihi ſcđm verbum tuum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN